

Excellentem & Clarum Poëtam & Oratorem fore natum, indicavit Constitutio Coeli & siderum, tempore Geneseos (7).

In

tur, & vel natales illustrium dies vel emortuales, praelia, aliaque singularia quouis die gesta exponunt, prolixo licet ad continuandum spatio relicto. Hic dies sane in Fastis occurrens *Lipsiensi Academiae* prae caeteris cum *Galli* die festius est, quippe eodem Magnificus Rector elegi consuevit; Vid. *Pippingii Exercitationes Academicas Juueniles* p. 426. Et plane singulare est, quando relatum lego, *D. Jo. Fabricium*, Seniore, *Altorfensis Academiae* Professore, quotannis *Georgii* die, conuiuium in honorem *D. Georgii Calixti* adornasse. Id enim volunt verba *Jo. Fabricii*, Junioris, in Oratione parentali *D. Fr. Vhr. Calixti* apud *Pippingium* in *Memoriis Theologorum* p. 882. quem euolue.

(7) Miror hisce nugis *Albinum* aliquid tribuere; ast plerosque hae ineptiae adhuc eo tempore detinuerunt. Hinc videas multos ansam inde arripuisse & de hominum fatiis ex astrorum positu pronunciaffe, quæ *Cardani* fuit impietas, quem ipsius Seruatoris nostri Thema natalitium exstruere non puduit, merito suo castigatum a *B. Mayero* singulari Dissertat. & ab *Auctore Obs. IX.*, quae extat in *T. X. Obs. Hallens. Lat. §. 7. p. 221. /qq.* Ego certe cum *Scaligero* caeterisque *Astrologiam* hanc iudiciariam nullo modo ferendam

dain